bi et mihi fauorē accipiā. Pau. ꝓbe ſuades mi pauline. ſed eccū cuſtodē. Cu. pauline magr̄ iubet ad eū venias q̄primū Pau. ſiccine ais cuſtos. Cu. cēſes me ꝯmētū eſſe hoc. Pau. ſuccēſet ne. Cu. nō exploratū habeo ſꝫ ꝑ gradū dū deſcēderet accerſe ad me inq̄t paulinū. Pau. Auſculta mihi. Pā. quid me vis. Pau. cape interea carnē hāc ⁊ ſcolari ſi aduenerit dato acciuit me mgr̄ ad eū ꝓpere vt eam oportet Pā. capiā q̄dē ſꝫ hac lege dū cito reuerſus nō fuerit ipe vt edere queā. Pau. aſſentior ſed et librū mihi ſeruato. Pā. vbi nam locoꝝ is eſt. Pau. num hic vides. Pam. nuſqꝫ hercle ꝯſpicor. Pauli. me miſerū. amiſi librū ſurge. ſine me ꝑſpicere an ſub te iaceat ſi forte de ſcanno decidiſſet Pau. ſurgā lubens ſaltem ne furti me arguas. aliquid ne librorum hic vides. Pau. Quis me homo eſt infelix magis Pam. Bono ſis animo inuenies illum ſed domi fortaſſe reliquiſti. Pau. arbitraris me tam labili eſſe memoria. vt q̄d pauloante fecerim ab animo meo iam effluxerit. mecū profecto ipſum tuli. memini ſane. Pau. alio forſitan poſuiſti. Pau. huc recordor inter comedendū poſui. Pam. ecquis te penes ſederit meminiſti. Pau. petrus lanificis. Pau. Is forſitā ioco tibi illū ſuſtulit vbi cōuenires eū vultu ſtatim id p̄ ſe ferret. abi ꝯpella eū. paucꝫ accipies an librum tuū ſuſtulerit. Pau. ſane ſuades. tentabo. Heus petre num librū meum habes. Pe. me rogas. ſum ne ego codicis tui cuſtos. Pau. ꝑ imortalē te oro deū redde mihi eūdē. Pe. q̄d me rogitas fatue. nihil ego tui egeo libri. ſat librorū mihi eſt. Pau. ne demoreris me te etiā atqꝫ etiā rogo. nā cito hinc abeā oportet Pe. eas in malū cruciatū peſſime. Pau. adhuc me vituperas. Pe. abſcede te hortor. Pau. ꝓculdubio ſentꝫ quidpiā de amiſſo libro. Pe. abi hinc te iteꝝ moneo. niſi abſceſſeris vapulabis ꝓfecto. Pau. ꝓterue quidē r̄ſ̄des. ſꝫ hoc vtiqꝫ dicere auſim ꝙ q̄ hodie me penes ſederit p̄ter te ſcio neminē. Pe. furti me accuſas audio. abires veli. Pau. niſi mihi librū reddideris nuſqꝫ ibo. Pe. deſine moleſt⁹ eē ſi nō feceris. mendax tuū os libro meo tibi diminuā vt cū dentibus linguā expuas. nā vbi tuus ſit liber neqꝫ ſcio neqꝫ noui. neqꝫ

hunc hodie meis vidi oculis. Pau. nihil certi ex eo accipere
poſſum Pāphile O me infortunatū. excruciabit me miſere
pater hoc dū acceperit Pam. baccalario hoc cōq̄rere. Pau.
erudite baccalarie queſo vt memineritis ſi forte q̄s librū me/
um quē nunc amiſi offenderit. Bacca. huc animū aduertite
om̄es ⁊ capite indiciū. ſi q̄s viderit paulini librū ſi quis cum
abſtulerit q̄s ve ſuſtulerit. Lentu. Ipe vidi hodie pauperem
q̄ndā ferre librū ſed an ſu⁹ fuerit plane nō ꝑſpicio. Bac. no/
mē illius ⁊ vn̄ ſit noſtin. Lentu. nō equidē noſco. Bacca. ip/
ſum dū ꝯſpicareris noſtin. Lētu. arbitror lacera nimis tuni/
ca et ea q̄dē rubea pullo q̊z mātello erat veſtitus. Bac. an in
horū ſit nūero vide. Len. nō video ipm. foras egreſſus eſt. li/
brū forte vēditur⁹ ad forū ſe ꝓripuit. Bac. ꝓpera ergo tu lētu
le cape tibi hos duos cōites ſi illū videris tuis iſtis indicato
ſocijs clāculū. vos aūt illū deprehenſuꝫ ſi nō ſua ſpōte ſequit
ducite. Ite ⁊ ipm i foro. ꝑ tōſtrinas ꝑ lanienas et ꝑ circū ſed
a lōge ſequimi lētulū. nedū ille triū litteraꝝ hō vos ſimul ac/
celerare ꝯſpiceret aliq̄d fraudis vos tendere ſibi ꝑſuaderet.
Cu. iā mgr̄i oblit⁹ es paulie. Pau. nūc eq̄dē eo Pā. oportūe
adueniſti petronelle iādudū te expecto. Petro. at q̄d me vis
Pā. Carnē hāc aſſam mihi credidit Paulin⁹ vt tibi redeūti
dē. Petro. ꝓbe egit eſurio maxime. ſtomach⁹ mihi dudum
crepuit ſed ipe vbi nam eſt Pā. ad mgr̄m iuit. aderit ſtatim
Petroni. vtinā rediret cito. Pā. eccū. Pau. ſerus ad nos re/
dis petroni nihil noui tecū fers. nō loqueris mihi. Petroni.
comediſtin paulie. Pauli. ad ſacietatē vſq₃. Petro. Sine et
me meā pauxillū eximere famē. iſtac carnis bubule porciun/
cula. nā curſitādo vbi locoꝝ fuerim et q̄d egerim memorabo
Pau. ede cito. Petro. cenſes me caninā habere rabiē vt hanc
ſimul totā deglutiā. Pau. ne velis iraſci ede q̄ꝫ diu lubet ſat
tꝑis tibi ꝯcedā interea pāphilū ꝯueniā. Pau. Nec redierunt
qui illi⁹ q̄rēdi nequā hois cauſa miſſi ſtꝫ ad forū. Pā. cos iā
redire autumas cū vix eo ꝑuenerit. Pau. quartale vni⁹ hore
fere iā pteriſſe reor Pā. q̄d tū. ꝑuſq̄ꝫ in alioꝝ cetu hoim q̄rit
media labitur hora Pauli. Satur iam petroni. Petroni

Satur ne ſim rogas. ex tam paruulo carnis fruſto. multo
iã auidior cibi ſum q̃ȝ antea. Pau. miſſa fac hec ſaturabere
breui dũ vbi fueris mihi dixeris. Petroni. vtinã eueniret vt
polliceris. Pau. nil ꝓrſus diffide. cape manũ meã hãc dexte-
rã. bona fide ꝓmitto id tibi futurũ. Petroni. In parentis tui
pomario fui. Pau. qui cũ cedo amabo. Petroni. cũ adoleſ-
cẽtulo quẽ creberrime domũ genitoris intrare et egredi con-
ſpicor. nomẽ nõ memini. Pau. certe ipſus eſt q̊ de cogitabã
Sed vbi illũ reliq̃ſti. Petro. in horto. Pauli. intellexiſtin cũ
ibi diu permanſurũ Petro. ad ſolis vſq̃ȝ occaſum. Nam an-
cillã aiebat ſe iam nũc corbes eſſe portaturã ꝓ colligẽdis po-
mis et alijs arborꝝ fetibus. Pau. tm̃ ne dãni hui⁹ noctis ven
toſa fecit tẽpeſtas. Pe. incredibile eſt dictu. Pau. ꝑge rurſus
illuc mecũ amãtiſſime petroni duos tibi dõbo obulos. Pe.
nõ auſim. Pau. Quid ni. Pe. Timeo mihi ne a baccalario
corrigar. Pau. pone timorẽ ⁊ morẽ mihi geras i hac dũtax-
at re. ſi poſthac etiã quicpiã abs me optaueris me tibi ꝓſto.
ſꝑ futurꝝ eſſe ꝓfiteor. Petro. tibi obtẽꝑarẽ q̃ȝlubẽter ſȝ Bac-
calaure⁹ mihi cordi eſt. Pau. exclude metũ. Nã q̊ pacto bac
calauriũ ludificabimus tibi dicã. Petro. quid vis vt ſibi loq̃r
Pau. de genitorꝫ mei ſede te nũc pedẽ ferre meq̃ȝ exciuiſſe ad
te ſibi dicito. Pe. Sẽtiet dolũ formido. Pau. Explere q̃ȝ nõ
dubitabit aliquã hic deliteſcere fraudẽ. ſumito ſaltẽ audaciã
Petro. metuo mihi hercle. Nam me alias fallaciarum ple-
nũ dicit et doli. Pauli. Quid adeo expaueſcis more femine.
Ipſe fauorẽ accipiã tu ſaltẽ fateare id voluiſſe patrẽ. Petro.
quid ego metuã rogitas. ſed fac age fatebor. Pau. perdocte
baccalarie date mihi veniã queſo ad patrẽ vt eam. Bacca.
quid rei cũ patre modo habes. mane hic. Pauli. Sinite me
abire vos obſecro. Bac. patri tuo nõ opus eſt ſeruitute tua.
ſat habet familie ſcio. Pauli. an ſeruitutis mee indigeat ne-
ſcio. ſed me hercle ꝑ petroniũ accerſiuit ad ſeſe vt venirẽ eue-
ſtigio. Bacca. Garris inepte. Pauli. Non edepol mentior.
Petroniũ rogate is reddet vos certiorem Bacca. Quãdo et
vbi paulini parentem vidiſti. Petronius. Modo in templo

porticu mihi obuius venit Baccalarius. Compellauit ne te
Petronius. Compellauit. Baccala. huncine aiebat cupere
ſeſe. Petro. Hunc gnatum ſuũ. Bacca. ficta ꝓfers fortaſſe
Nam quid homĩs ſis iampridem cõpertũ eſt mihi. Petro.
ſic eſt vt dixi Bacca. petroni. petroni tibi bona fide promitto
ſi mendatia mihi ꝓtuleris te virgis adeo cedam vt dũ vixe-
ris mei memineris. ſapis hec. Pe. Sapio optume. Bac. ad
patrẽ vt eas pauline tibi faueo. ſed ne me vna cum petronio
defraudaueris caueto. ſed codicis tui iam prorſus es oblitꝰ.
quẽ ſi lentulus attulerit. cui vis vt detur. Pauli. Exquo cui
potius illũ cõmendẽ. ꝑter vos ſcio meminẽ. mihi donec redi-
ero ſeruato te obſecro. aut iubeatis vt quiſpiã ſcolarium mi-
hi interea loci detineat. Pau. qđ volui vt volo ĩpetraui. Pe.
nemini dixeris te hortor. et ſequere me ſimul circũſpice ne q̃s
ſcolariũ q̃ nos in hortũ ire ſpeculetur adſit. Bacca. Ecquis
eminus curſitat cuſtos. Cuſ. Lẽtulus mettertiꝰ venit. Bac.
certe ipſus eſt. ſed heus quartus vbi nã eſt quẽ aiũt librũ ſu-
ſtuliſſe. quid noui tecũ affers lentule. Len. nuſq̃ꝫ offendimꝰ
iuuenem illũ. Bacca. male ſatis. Lentu. ter ſurſum atq̃ꝫ deor
ſum in foro curſitauimꝰ exploraturi eũ. ſꝫ neq̃ꝫ mihi. neq̃ꝫ hi-
ſce meis ſodalibꝰ viſus eſt vſq̃ꝫ. nil tamẽ ambigo quin in po
pulari illa multitudine delituerit Bac. denſum ne vulgus in
clamoſo foro it. Lẽtu. tam dẽſum ꝙ creditu ſit difficile quã
ta illic ſit plebee contionis frequẽtia. Bacca. Caueat ille ne-
quã vos omnes hortor nemini dixeritis me ꝑ illo rogaſſe et
cum modo inueniri nõ potuit. age lentule cum ad ſcolas ille
greſſum fecerit cõtinuo mihi vt narras volo Sin aũt q̃ſpiã
veſtrũ illũ de mea inq̃ſitiõe certiorẽ fecerit. et id mihi dictũ fu
erit is ſciat ſe impune nõ eſſe euaſurũ. Len. faciã vt iubetis.

## Cantor. Cuſtos. Magiſter. Mopſus.

Eurialus. Amintas.

Non poſſum nõ vehementer admirari ꝙ tã duro eſtis inge-
nio ſuꝑ adiſcẽdis carminibꝰ. ſed inaduertẽtiã potiꝰ incuſet
oporteret q̃ꝫ ruditatẽ: cũ p̄ſertim his multo difficiliora ſepe-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-120346-p0020-4

numero q̄ꝫ ſtudioſiſſime didiceritis. Et hoc qđ modo fere-
ſexageſies vobiſcū cecini carmen de ſimplici eſt contextu. nec
quidpiam habet amfractum. ex puris em̄ cōſtat cōcordātijs
pleriqꝫ veſtrū ſūnt capaces. et ſi qui obtuſiori ſunt intelligen
tia groſſitiē tn̄ multa opera molleſcit. vt ferri obtuſitas ſaxū
acuit. Sꝫ ne labor meus ſit inanis neue qđ impm̄is ꝑtimeſ-
cendū eſt. in tēplo cātaturi ſcandalo et dedecori mihi ſitis ve-
luti creberrime ꝯſueſtis facere. cōſtitui examinādo veſtrā pro
bare diligentiā. Sed vt iuſſis magiſtri obtemperem abi cito
cuſtos. magiſtrū huic examini vt interſit meo nomie rogita
Cuſ. en fores iam aperit. ingredit᷑. Can. abunde eſt. Magiſ.
Spopondi me pridie auditurꝫ quātū ope detis carminibus
antiphonis. rn̄ſorijs in tēplo noſtro ꝓ dei cultu decantādis
Cū p̄ſertim iā tociēs hoc vnū cecinistis carmē vt mihi repe-
ticione ſua moleſtius ſit nihil. Quare agite cantor. quantum
quiſqꝫ ſapiat experiamur. cantet Mopſus tenorē. Eurialus
diſcātū moduleṫ. Amintas baſſum tonet. vos alij tacete. ſed
arrectis aurib⁹ aīaduertite. Can. Incipe mopſe. Euriale
vnū ſeruato ſuſpiriū. tu vo Aminta longam teneto pauſam
audiſtis q̄ꝫ canorā hꝫ vocē Mopſus. in paſtorū fuit fortaſſe
ſcolis. a bob⁹ hercle. dū inṫ alia boant armēta. hunc didicit
cantū. Nā per immortalē deū mugitū bouis q̄ꝫ hūani guttu-
ris ſonū audire mihi videor. Neſcio quid amitas intra fau-
cē immurmuret. ego te penit⁹ nihil ꝑcipio. ſuccinis. nimiū al-
ciori voce cātes oportet. Incipe rurſ⁹. et pauſe nō obliuiſcere
amita Quid adeo raucis. crudū reor comediſti allec et ſalſuꝫ
nimis. Amin. Nō ſꝫ ea vox mihi ſꝑ eſt. fuitqꝫ multos annos
nec ſpero me vnq̄ꝫ ſereniore voce eē cātaturū. Can. mutaſtin
Amin. iāpridē. Can. q̊t annos nat⁹ es. Amin. viginti. Can.
Eho multū habes etatis. exiſtimabā te vix tredecimū agere
annū. irrit⁹ iā eſt oīs conat⁹ ſerenande vocis. poſteaq̄ꝫ rauce
do intra fauces tenaciter adherens obduruit. ſero nimis ex-
pectaſti. ingens enim clamor mutacionis tꝑe vocem ſerenat.
Amin. Nil ꝓrſus clamor ille iuuit me. Can. Cū itaqꝫ rauca
tibi ſit vox ſacius tibi erit poſthac os cohibere q̄ꝫ aliqđ incō-

cime depromere. Cāta tu baſſum Daue ⁊ memineris pauſe
te hortor. Da meminero Can. abſcede mopſe cū tuo boatu
accede tu Coridon videris em̄ mihi canorā habere vocē. et cū
Eurialo icipe. Can. ho ha he Caprigena certe Coridon eſt
aut cū capris alit⁹. hūc ab eis didicit ſonū. tace tace obſecro
te. ꝗ ſi in caprorū grege te cātātē offenderē neſcio q̊ pacto ab
eis diſcernerē. ades huc Dameta et tenorem cātato. Dame.
Nondū plene ſcio Can. ohe neſcis omniū duriſſime cum tñ
per hoſce dies ſemper modulatus ſum tres tecū vna afferto
virgas cuſtos. Cuſ. adſunt. Can. aride nimis ſūt vno fran
gunt ictu. Cape tibi obulum et emito mihi ſucci plenas que
tenaces ſūt. efficiā vt poſt hac plus oꝑe faciāt Dame. Nunc.
primū hoc audio carmē. Can. q̄d loqueris mēdax. Nū a die
lune in hūc veneris vſqꝫ die q̄ttidie cecini. Dame. Nō īficior
ſꝫ ipe nō intererā. Can. eo peius eſt Dame. Scitu et fauore
mgr̄i in pr̄ia fui tellure. Pau. q̄ res tam ardua natale ſolum
vt viſeres impulit te. Dame. Socer meus binas ad me de-
dit lr̄as. cū quib⁹ mihi ꝑſcripſit matrē febre q̄rtana implici
tā et ſuprema ꝯfectā macie ex hac vita eſſe migraturā. Et ſi
quid ſuarū rerū integrū mihi ſeruari velim q̄ꝫ primū vt venirē
monuit. Can. Nuge ſunt. Dame. Non hercle. Bac. fall' for
taſſe me plen⁹ nequiciarū es aſcēde petroni ad magiſtri habi
taculū. meqꝫ certiorē vt faciet roga. an damete ad patriū larē
abicio cū ſuo ꝯſenſu facta ſit. Fac age melibee. interea loci q̄d
ipe ſatꝫ intelligā. Melibe. Ignarus ſuꝫ carminis hui⁹. Can.
male ſatꝫ. canta paululū. Meli. Non ſcio hercle. Pau. Quā
ob rē. nihil prorſus oꝑe das ꝯcētib⁹. Cuſtodes adſitis arri-
pite hūc et tātiſper eū pedib⁹ tenete dū bñ eū correxero Meli.
Ignoſcite mihi ꝓ hac duntaxat vice poſthac ero diligētior
Can. Nō ignoſcā paruipendis hortamina mea. Meli. Parci
us me corrigite ꝑ clemētiſſimū vos rogo deū. Can. quo mi-
nus ſcis eo plus corrigēd⁹ venis ſinite eū iā cuſtodes Petroi
Mgr̄m nuſqꝫ offendi. poſtes clauſi ſunt. ter pulſaui et q̄dē cū
tumultu. nemo tñ mihi aperuit. catulū ſolū audiui latrātem.
Can. in eccl'ia ipm fortaſſe offendas orantem. ſed mane hic

ipſe eum appellabo. et cum ad chorum vobis iam eundum
ſit examen aliorum ad craſtinum prorogare volo.

## Paulinus. Entellus.

Quo agis cū cātore entelle. Ent. quid rogas. Pau. ediſſe-
re mihi quorſum ibis te plurimū oro. Ent. nū ipē rogo quo
tu greſſum dirigis. nil tibi cure ſit mea abicio. tu tuā rē cura
ſine me meā curare. Pau. ꝓderit mihi fortaſſe id ſcire. Ent.
ad rubetū eo. Pauli. qd̄ iſtic tibi negotij eſt mi entelle. Ent.
Genitrix mea heri veſtes lauit hos mō ad ſolē i horto ſiccat
cū ſorore pāphinella et ancilla Niſa. His qꝫ ꝑcul dubio ob
eſtū ſitiūt. potū vt afferā iuſſit pater. Pau. eſt ne vobis hortꝰ
Ent. ē. Pau. vbi nā. cedo chariſſime entelle. Ent. Scin q̄ in
quernā itur ſiluā. Pau. ſcio optume. Ent. a leua in p̄mo ne-
moris ingreſſu eſt ſpinis aſꝑa ſepes. quā iuxta antiq̄ ſtat ſa-
lix. Pau. Illa ne q̄ hoſtiolo īminet. Ent. iſtec. Pauli. Mul-
tas in eo habetꝫ ꝯſitas arbores. Ent. Innūeras. nā ſpacio-
ſus ē valde et viridi gramīe ameniſſimꝰ et ꝓpter arboꝝ denſi-
tatē totus fere opacus. hic buxus viret. h̄ floret iuniperꝰ ver-
nat hic pirus. pullulat alibi pomꝰ. vitis hic lachrimat et gen-
mas trudit. lōgū ē dictu. dies me prius deficeret ſi tibi q̊t hic
herbaꝝ et fruticū virēt ſpēs. enarrarē. Pau. delectat me plu-
rimū iſtec deſcriptio. Ent. auſculta. adhuc vnū dicā qd̄ tibi
plus voluptatis conferet. in viridarij medio fonticulꝰ quidā
liquidiſſimus ex arena ſcatet vndis. dumo tegit̄ et viuo ſaxo
circūdat̄. ꝑ totū hortū hinc riuulꝰ decurrit. Pau. iucūda me-
moras incredibili me afficis voluptate ſine me tecū ire te per
Iouē oro. Ent. nō auſim. Pau. qd̄ tum. En. Mater vetuit
ne quē alienū introduxerim. Pau. nihil mali ex me tibi fu-
turū time. Ent. loq̄ris vt ſapis. matrē meā ipſe noui optūe.
Pau. Faue o mihi vna tecū vt ambulē. Ent. tace ſuccenſebit
mater. Pau. nō hercle. grata magis erit ex meo aduētu. En.
egre feret ſcio dū te itroduxero. Pau. ſi eā iratā fore accepero
abſcedā illico. En. faciā qd̄ petꝫ ſi mihi q̄dpiā dederꝫ. Pau.
q̄d me tibi vis dare. Ent. obl'os duos. Pau. non ſtꝫ mihi mō

eras tibi bona fide ꝓmitto me datuꝝ. aut ſi nulla fides mi-
hi tecū eſt. accipe libellū hūc in pignus. En. q̄nti eū eſtimas.
Pau. duorū groſſoꝝ. En. vix valet aſſem. Pauli. dudū mihi
pāphil⁹ plus pecunie ꝓ eo dediſſet. daret et mō. ſed mihi nō
fuit vnq̄ꝫ venal'. En. q̄d adeo mihi te ſuꝑ illo iactitas miror.
an reris me illi⁹ neſcire valorē. Pau. arbitror edepol ſʒ intus
q̄d cōtineat nōdū nouiſti. Ent. latina. Pau. q̄d latina. erras
En. nihil ſcio magni in tā paruo ꝯſcriptū eſſe p̄t. Pau. recte
memoras ꝓpterea ꝙ ignoras parui exiſtias. En. api ergo vt
q̄d obſeruet videā. Pau. aperiā cōfeſtim. ſed an̄ q̄d in ſe cōti-
neat dicā. ne opineris me cōmētū eſſe dolū hʒ libellus is mihi
chariſſim⁹. primū et q̄rtū tractat⁹. Petri hiſpani textualiter
pulchre ſcriptos. calamo q̄dē ſubtili valde. et attramento ni-
gerrimo. ſequit' deinde moralis ille Catho. addit⁹ eſt in fine
tractat⁹ ille que mgr̄ de noibus ⁊ v̈bis hyeme q̄ p̄ceſſit ex pri-
ſtiano collegerit. ſed vt me vere dixiſſe comprobes tibi eū cō-
ſpiciendū do Ent. ꝓbe locut⁹ es. nō credidiſſem tam multa
hic cōtineri. Pau. vis mō vt tecū ambulē. Ent. ſed eū ꝓ pig-
nore ſeruabo. Pau. ſeruabo tibi. ea vero lege vt dū tibi duos
obulos dedero eundē vt mihi reddas. Ent. equū ē. Pau. ea-
mus Ent ibo pre. tu me ſequere ꝓcul. ne mater intelligat me
induxiſſe te. v̈m petit⁹ crederet te p̄tereuntē caſu intraſſe. et in-
terrogatus a genitrice mea vn̄ veneris. dic te veſtes lotrici at
tuliſſe in rubetū. vidiſſe quoq̄ꝫ vt in hortū iuerim. Pau. recte
ſuades. Ent. ecq̄s in hūc noſtrū venit hortū mat'. nū paulin⁹
eſt certe ipe eſt. Pau. Saluete. En. Eho pauline et tu ſis fe-
lix. vn̄ inopin⁹ ꝓgis. Pau. ex rubeto. En. q̄d illic egiſti Pau.
linteamia. togas. capitergia. camiſias mātilia. lotrici noſtre
lauāda portaui. inde cū redirē te emim⁹ intrare ꝯſpicat⁹ eue-
ſtigio. ſecut⁹ ſum. ſaltē nō diſpliceret matri tue. ſed audit for
taſſe q̄ loquimur. Mater. ne cura fili mi nil me hic tu⁹ mole-
ſtat ingreſſus lude cum filiolo meo q̄ꝫdiu lubet. Pau. Dei q̄ꝫ
veruat is veſter hort⁹. ē multo ſpacioſior noſtro. En. vbi ve
ſter ſituat'. Pau. Scin diui nicolai ſacellū. En. optūe. Pau.
a leua cimiterij itur in vicū vnū ad cui⁹ cū terminū peruenerís

ſtat a dextra puula domus paſtorali ſimilis tuguriolo. hac
iter eſt in ortū nr̃m. que vſq̧ ad antiq̧ odere aq̄s ptendit. leto
etiā amenissim⁹ gramine ceraſis et pomis fertilissim⁹. Ent.
nō memini me vnq̄ ibidē fuiſſe. Pau. te breui eo ducā. Ent.
Sūt ne eo cōplantate tot arbuſcule. Pau. nō nā ruſticus ille
cui colēdū dedit nihil penit⁹ in eo ope fecit. genitor etiā alijs
ꝑpedit⁹ eū paruipēdit. Jādudū illū vēdidiſſet. ſꝫ delectatio-
nis grā retinet. p̄ter alios q̊s gignit fruct⁹ pluria fert ceraſa.
Ent. q̄d ceraſa memoras. ſeq̄re me q̊t et q̄les hic hortus no-
ſter fetus. et q̄ multa olerū herbarūq̧ gn̄a pariat tibi indica
bo. h̄ excreuit lactuca. ibi cepa. porrū alleū. petroſelinū. ipſuꝫ
hic cū lēte exurgit. et q̄d rarū Vratiſlauie repies. h̄ riſum na-
ſcit has cucurbitas ipē poſui. mirū dictu et q̄ magno itume-
ſcāt vētre. dū ſat̄ eis humoris miniſtrat. hoc ſpineū coronā
geriti gallice nucis magnitudie. h̄ rutā. maioranā ⁊ lauendu-
lā germana ſibi p ſertꝫ educat. Pau. ſꝫ q̄ nā arbor iſtec. nūq̄
memi me vidiſſe ſimilē ei⁹. Ent. amigdolas habet optimas
ꝓxima huic q̄d minime crederes fic⁹ fert magnas. illa v̊o cū
hirſutꝫ ramꝫ caſtāeas Pau. he ho ho En. q̄d clamas. Pau.
ranā ſub pede ſēſi. En. ties fatue. Pau. en ſalit. Ent. ꝯphēde
eā manu. Pau. horreo certe. En. cur. Pau. horreo ranas. ſꝫ
vn̄ huc venerit miror. Ent. ex lacu quē fonticul⁹ ille facit cui⁹
ante meminerā venit. vbi m̄ltē habitāt. nō audis ſurde. quā
to clamore coaxāt. Pau. eam⁹ ad fonticulū. En. iſtac non re
cte ibim⁹. Pauli. ad riuuli fluorē greſſum dirigo. Ent. erras
obliq̄ it curſu. ad leuā ambulem⁹ neceſſe eſt. nam ad dexterā
palus ē limoſa vluis ⁊ lucto grata vt dixi ranarū ſedes. tu ſal
tem me ſequere. hac ꝓpe iā eſt fons quā petim⁹. Pau. entelle
entelle p̄ſtoleris paululū. En. q̄d. Pau. ecce fraga h̄ ꝯſpicor
En. garris. Pau. nō edepol ſiſte tu huc et videbis. En. nūq̄
antea h̄ ea creſcere vidi. ſed necdū matura ſunt. Pau. ſupra
modū dulcia ſunt guſtu. Cape duo hec et ꝓba an verum tibi
dixerim. Ent. edam⁹ ad ſacietatē vſq̧. Pau. neſcio q̄ hic re-
pit. fugiam⁹ hinc fugiam⁹ vipera hic ſerpit. Entel. quid me
adeo terres fugitiue. tot⁹ intremui. Pau. en ſub ſentib⁹ cau-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-120346-p0025-2

dam ad hinc erigit. Ent. diſcedamꝰ ne q̄d pl̄a veneni ſerpens
ille in nos euomat. iā em̄ nobis obtigit id qđ baccalarius no
bis heſterna lectiōe ex v̄gilio interp̄tatꝰ eſt. Qui legitꝫ flores
et humi naſcētia fraga Frigidꝰ o pueri fugite hic latꝫ anguis
in herba. Sed iā fonti appropinq̄mꝰ. Pau. vbi nā ē. Ent. h
ſed ꝓpter v̄gulta quibus circūdatꝛ videri nequit. Viden mō.
Pauli. optume. heicq̇ vitreis manat vndis. delectat me ſane
plurimū iſtiuſmodi ſcaturigo. dulces ꝓculdubio aq̄ ſtꝫ et po-
tabiles. En. ipē ſcio qꝛ ſepe inde bibi. Pau. aret mihi os ob
ſitim. En. bibe audactꝛ tā gelidꝰ is mihi crede latex ē vt potan
tiū dētes infrigidet. experiri potes ſi vis merge ſaltē os i fon
tis ſupficiē ſenties ꝯfeſtim aq̄ꝝ et dulcē ſaporē et frigꝰ. Pau.
caput meū ingurgitabis timeo. Ent. nō faciam abibo ꝓcul.
Pau. ſic eſt vt dixiſti. nunq̇ ibi nec credo me olim tāte ſuaui
tatis aquā bibituꝝ malo hūc potare fontē. Jouem teſtoꝛ. q̇
cereuiſiā. En. nullibi gētiū huiꝰ inuenies ſimilē q̄ adeo frige
faciat q̄dq̄d ſibi imittitꝛ. ⁊ q̄ magis ſit liquidus. P̄ridie pater
qđ mime crederēs ſi explētia nō approbaſſem. lagenā veteris
vini plenā qđ a ſole incaluerat ſibi vt reficeretꝛ impoſuit dūq̇
illa breuiuſculo tp̄e in eo iacuiſſet. merū fontis frigus intim̄ cō
traxerat. vt dū genitoꝛ bibere vellet abſtinere etiaꝫ cogeretꝛ. et
nec vnq̇ ſe vinū recentiꝰ guſtaſſe aſſerebat. Pau. exp̄tus tibi
credo. Ent. ipſe etiā bibā. verū adibo p̄iꝰ matrē vt et parū ca
ſei mihi det petā. Pau. et mihi partē etiā afferto. En. q̄d in-
terea acturꝰ es. Pau. in hoc viridi q̇eſcā gramie ſub hac vm-
broſa quercu nulli me hic ſolis ꝯtingūt radiȷ̄. Ent. incide po-
cius cānas aut ſucci plenas ꝓſcinde frōdes ſalicis. et illas tā
tiſp̄ tūdito donec mollis poſſit euelli cortex. cū rediero facie-
mus inde nobꝫ fiſtulas. Pau. accomoda mihi cultellū. En.
ne mihi eū amittas tieo Pau. nō amittā. En. heri ſocer me-
us illū mihi dono dedit. diligentꝛ ergo mihi cuſtodito te hor-
toꝛ. Pau. curre ocius et affer panē cū caſeo vt edamꝰ. fiſtulaꝫ
cū aduceneris paratā tibi reples. Ent. fiſtulā paraſtin. Pau.
nihil p̄ꝛſus cibi mihi affers. En. fiſtulam ſi dederis ſat cibi
abs me hēbis. Pau. parū fidei mihi apđ te eſſe reoꝛ. qñ tibi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-120346-p0026-7
DFG

falſa mẽoraui. En. ſi me ludificabis paulie. ſupos teſtor. me poſthac tibi nõ eẽ credituꝝ vnq̄ꝫ cape tibi caſeũ. Pau. et ego hac ſonora te dono fiſtula En. ſi nõ canora magꝫ me vis donare et hũc tibi ſeruato. Pau. qđ ſibi deſit edepol ſcio nihil Ent. nullũ prorſus edit ſonũ. Auſculta mihi rurſus inflato. Pau. quo pacto emittere debet ſonũ fatue. cũ illius foramen ore tuo occluſiſti. Da mihi illã quo cantabis mõ te docebo. ſic eam teneto foramẽ vt pateat ⁊ aciem fiſtule labello tuo ſic leuiter tãgito audis hoc? En. ſine experiar. Pau. nũ tibi recte perſuaſi. Ent. ſtridet vtiq̄ꝫ paululũ. Pau. ne mirũ ruptus eſt pauculũ cortex. ſed hoc nihil ſibi nocituꝝ ſpero dũ fortiter ſperaueris. attñ ſi hac nõ contẽtus es mõ opire. meliorẽ tibi breui faciã. En. iam fieri neq̄t. Pau. quã ob rẽ. Ent. mater inq̄t iam nũc abiturã qꝛ ſibi cena coquẽda eſt vt cũ pater rure redierit qđ edat inueniat. me quoq̄ꝫ vt ſine mora venirem monuit. Pau. abeat parẽs tua q̊ velit nos hic manebim⁹. in tribus etiã horis vix eſtis cenaturi. En. non auſim. Pau. q̄d ni. Ent. ſuccenſebit certe et ego vapulabo. metuo etiã parentẽ qui ſi de rure iã redierit. me q̊ꝫ domi dũ nõ offenderet vberaret. Pau. ne time. rogato eã vt tibi pro hac vice indulgeat ad q̄rtale dũtaxat vnius hore. Ent. nõ faciã tp̄s eſt vt abeamus hic. Pau. veſpe vix cantant. Ent. q̄d ais ſtolide ſuſpice celũ. en ſol iã in occaſum ruit. Pau. nõ credo eũ in q̄tuor horis caſuꝝ. maneam⁹ ħ vſq̄ꝫ ad veſper. En. en bubulcus iã pellit in ſtabula iuuẽcos. Audin matrẽ. nos iterũ vocantẽ. mos gerẽdus eſt parẽtibus tu hic mane. ipſe eo Pau. ego tecũ nõ ingrediar timeo mihi ne q̄s baccalariorũ in ponte iſto obuiã veniẽs me tectũ exiuiſſe videat. En. quorſum tunc iter facies Pau. horſum ꝑ odere portã. Ent. ꝑge quo lubet ipſe matrẽ ſequar. Pauli. quãdo aliter fieri nequit equidem te ſequor.

## Scolaris ſic petat introituꝫ ſcolarũ.

Venerabilis dñe magiſter doctrĩe capeſſende gr̄a me ſub veſtrã cõtuli p̄ſentiã. Qua ꝓpter mihi vt ſub erudicione vr̄a eſſe queã. fauete. vos nõ oro ſolũ ſed etiam obſecro. polliceor

me oīa que ꝓbū decēt ſcolarē ſummo ſemꝑ ſtudio eē factuꝝ.

Hūaniſſime dn̄e Rectoꝛ. bonaꝝ artiū ꝑcupidꝰ huc cōceſſi doctrina vr̄a doctioꝛ euaſurus. Quā ob rē me ſcolaſtico veſtro cetui vt anūeretis maioꝛē immodū pero. q̄ me facere volueritis omnia ſtudioſe diligenterqꝫ exequi curabo.

Colende vir diſcēdi ſtudio huc veni. ea ꝓpter ꝑ clementiſſimū vos oro deū vt ſcolas veſtras cōſenſu veſtro. ingrederer. Que vos veſtroſqꝫ velle intellexero faciā omnia q̄ꝫ lubenter.

Obſeruāde vir ſub cōſpectū vr̄m me recepi eruditōis grā Quare me in nūerū ſcolariū veſtroꝝ vt ſuſcipiatis maximopere rogo. iuſſa veſtra capeſſam. me quoqꝫ artibꝰ ipis opere plurimum eſſe daturū pꝛimitto.

Perdocte vir ſcientie auidus huc veni. aliquid etiā doctrine veſtre accepturus. quare ſi me in ſcolaſtici cetus oꝛdinē acceperitis nihil mihi gratius accidere exiſtimarē. qꝺ vt facietꝫ vos vehementer rogo ſpondeo me vobis et veſtris collateralibus moꝛem ſemper eſſe geſturum.

# Scolaris receſſurus ſic petat fauoꝛē abeundi.

Obſeruāde p̄ceptoꝛ viſum eſt parētibus. ipe q̄ꝫ apud me cōſtitui vt hinc me alio cōferrē. Humanitatē igiᷓ veſtrā oꝛo vt veſtro cōſenſu abire poſſem. Immoꝛtales vobis et ago et habeo gratias ꝓ beniuolentia erga me veſtra. quā licet nondum aliquo meo exequaui merito. me tn̄ vobiſquoad vixero pꝛomitto eſſe obſecuturum.

Placuit parentibꝰ vt ad Academiā Cracouienſem concederem cum itaqꝫ pꝛo eruditione veſtra gratias non ſim relaturus immoꝛtales tamen ago. agam dum viuam.

Genitoꝛ meus mihi perſcripſit patrios penates vt reuiſā mille igitur vobis ſint gratie pꝛo cura diligentiaqꝫ veſtra mecum habita. cui licet eque nullo etiam munere ſum reſponſurus. deum tamen ſpondeo me pꝛo veſtra bona valitudine ſemꝑ eſſe exoꝛaturum.

Quāuis id diligentie qꝺ mecū habuiſtis non meruerim.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-120346-p0028-8

dignitas tñ veſtra ſperet ſe a pletiſſimo deo ſat mercedis eſſe acceptura͂ cui vt vos diu incolume͂ ſeruet indies ſupplicabo

Que mihi a parentibus allate ſunt littere domu͂ vt venia͂ ꝗ͞primu͂ quid cauſe ſit perſpectum mihi non eſt. vos ideo vehementer rogo vt veſtro fauore hinc abeam et pro veſtra in me beniuolentia gratia͂ vobis habeo ſingularem. me quoqꝫ perpetuo vobis obſequio vbicu͂qꝫ terrarum fuero vobis obſtrictum eſſe profitebor.

Abiturus ſum hinc alIorſum. quare magnope vos rogo abicioni mee non deſit veſter conſenſus. et licet ꝓ veſtra mecum opera non ſum vobis ſatis facturus. me tamen ꝑmitto nullum etiam diem. quo pro ſalute veſtra deum non exorem. eſſe pretermiſſurum

Impreſſum Liptzk per Melchiarem Lotter. Anno domini. M. ccccc.xij.

Nota

Ordo est bonus quia preponenda sunt
postposita & post ponenda sunt post po
sita & ordo aufseratus & negatur ab

De ordo

Constencia hic ratum sit propone vocate

De uso

Mox vertuum pono

De usu personali

Hinc personale locabis usum

De usto

Sulte fermulus rasum certam

Cum De usto

Terminus hinc ratus

De actu

Sit quantus sepe sequentis

De ablto

Sit vero prepositura

De prepositione

Sunt vero prepositura quanto
primum vel certo quis regit ipsa

De guarnicione

Jungere consimilis sunt guarmo rasus

Cardina

aut usu similes adhera

De impedimento

Jam quod dum docet vel quo similes explicat

adque alter preant ... salute

Moderato & industrio fran
isto ... vitam degente in
illorum ... 

Cb. 21° 8 Bunge
K.
Cb 2183
ULB Halle 3
004 966 49X
NC

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-120346-p0031-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-120346-p0032-0

Cb 2182

# Latinum ydeoma

## Magiſtri Laurētij Coruini Nouoforēſis. ab innūeris fere mēdis quibꝰ antehac ſcatebat: penitus exemptum.

Hic puer ignarus lingue cupiduſq; latine
Perlegat eloquij ſemina prima ſui
Ad decus exculti verum ſermonis iturus
Eſt opus aſſueſcat verba latina loqui.
Nam tenero quales didicit quis gutture voces
Annoſo tales edit ab ore ſonos
Vimine que recto ſurgens adoleuerit arbos
Erectum tollit pulchra ſub aſtra caput
Florida ſic etas lepidis imbuta loquelis
Fatur mellifluis verba diſerta modis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-120346-p0033-6